

SCRIPTA

Numéro Scripta : 4892

Auteur(s) : Guillaume de Boos [particulier]

Bénéficiaire(s) : Robert de Bardouville [particulier]

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1258, janvier

Action juridique : vente

Langue du texte : latin

Analyse

Guillaume de Boos vend à Robert de Bardouville une pièce de vigne à Léry.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Andrieux Jules, *Cartulaire de l'abbaye royale de Notre-Dame de Bon-Port de l'ordre de Cîteaux au diocèse d'Évreux*, Évreux, Hérissé, 1862, n° CCXIX, p. 221-222.

Texte établi d'après a

Sciant omnes, presentes et futuri, quod ego dictus de Boes, assensu et voluntate Aalicie, uxoris mee, et omnium meorum heredum, vendidi et concessi et omnino dereliqui Roberto de Bardovilla unam peciam mee vinee, site in parrochia de Lereyo, inter vineam Rogeri Ool, ex una parte, et vineam Baudrici dicti Archidiaconi, ex altera: tenendam et habendam et jure hereditagio imperpetuum possidendam de me et meis heredibus sibi et suis heredibus libere, quiete, et in pace, et sine mei et heredum meorum reclamacione, et ex omni actione mundana que possit et debeat ad manus meas vel ad manus meorum heredum pervenire de cetero. Si dampna vel deperdita evenerint prefato Roberto de Bardovilla vel suis heredibus, racione vinee prefate, ex mea parte vel heredum meorum, vel racione Aalicie, uxoris mee, Thomas Ool et heredes ejus predicto Roberto et suis heredibus tenentur garantizare pro predicto Willelmo et suis heredibus et pro Aalicia, uxore sua, valore ad valorem, si opus fuerit, in vinea sua sita in prefata parrochia, juxta vineam prefatam, ex una parte, et vineam Gaufridi Plataine, ex altera, sicut se proportat in latum et longum. Pro hac autem venditione et concessione, predictus Robertus dedit michi centum et duos solidos, de quibus est michi plenarie satisfactum in pecunia numerata. Et ut hoc ratum et stabile imperpetuum permaneat, nos vero prenominati Willelmus et Aalicia, et prefatus Thomas, omnia prescripta, prout superius sunt expressa, juravimus, tactis sacrosanctis ewangeliis, predicto Roberto suis heredibus fideliter observare contra omnes gentes, salvo tamen jure in omnibus dominico, videlicet quatuor solidos et duos capones ad Natale Domini. Et ad majorem confirmationem sigillum prefati Thome, cum testimonio sigillorum nostrorum, presentibus litteris apponi procuravimus.

Datum anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo septimo, mense januarii.

Testibus hiis : Durando de Garding ; Durando Crasso ; Gaufrido Plataine ; Guillelmo de Becco ; Stephano Quatedrario ; Hugo Roulant.